

utrum intellegendi sint cives Romani consistentes Aquinci, an vicani vici illius ubi titulus repertus est.

1063 P. Coelio P. f. | Ser. Balbino | Vibullio Pio | Xviro stlitib. iudic., | VIviro equit. | Roman. | turm. quint., tr. mil. leg. | XXII Primig. p. f., adlecto | inter patric. ab imp. Caes. | Traiano Hadriano Aug., | salio Collino, quaest. | Aug., flamini Ulpiali, pr. de fidei commiss.¹, cos. | designato², | decuriones sua pecunia.

Romae, sed videtur lapis eo adlatus esse ex municipio aliquo (VI 4585 saepius descripta saec. XVI). — 1) Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 103. 226. — 2) Cum Coelius Balbinus consul fuerit ordinarius a. 157, titulus positus esse videtur a. 156.

1064 L. Aemilio L. f. Pap. Arcano¹ | trib. mil. leg. XI² Gem. et trib. | mil. leg. I Minerv. item trib. mil. leg. II Aug., omnib. hono|ribus in colonia sua funct., | adlecto in amplissimum | ordinem ab imp. Caes. | Hadriano Aug., IIIIvir. | equitum Romanor., curioni, | quaestori urbano, trib. | plebis, praetori designat., | L. Aemilius Moschus IIIIvir | Aug. patrono optumo post | obitum eius, inlatis arcae | seviror. ob locum et tuitio|nem statuae HS n. IIII, | l. d. d. IIIIviror.³, et sportulis dedicavit X⁴ III.

Narbon (XII 4534 videt Hirschfeld). — 1) Arcanus amicus Martialis origine Narbonensis ibique honoribus functus (Mart. 8, 72, 3) huius videtur fuisse pater (monuit Herzog). — 2) Scr. aut VII aut X aut XIII aut XIII. — 3) Loco dato decreto sevirorum. — 4) Denarium.

1065 Q. Lollio M. fil. | Quir. Urbico cos.¹, | leg. Aug. provinc. Germ. | inferioris, fetiali, legato | imp. Hadriani in expedition. | Iudaica, qua donatus est | hasta pura corona aurea², leg. | leg. X Geminae, praet. candidat. | Caes., trib. pleb. candidat. Caes., leg. | procos. Asiae, quaest. urbis, trib. | laticlavio leg. XXII Primigeniae, | IIIIviro viarum curand., | patrono, | d. d. p. p.

Tiddi in pago agri Cirtensis in Numidia (VIII 6706 videt Wilmanns). — 1) Consul suffectus fuit anno incerto sub Hadriano, quo vivo titulum positum esse ostendit quod non appellatur divus. — 2) Nota dona exigua legato huic praetorio data. — Postea hic Lollius Urbicus factus est legatus Britanniae (VII 4041. 4125; vit. Pii 5), proconsul Africæ (Apuleius apol. 2), praefectus urbi (VI 28. 40707. VIII 6703. Fronto ad amic. 2, 7 p. 194 Nab.; Eusebius hist. eccl. 4, 17).

1066 L. Burbuleio L. f. Quir. | Optato Ligariano | cos., sodal. Aug., leg. imperat. | Antonini Aug. Pii pro pr. prov. | Syriae in quo honor. decessit, leg. | eiusdem et divi Hadriani pro pr. prov. | Cappad., cur. oper. locor. q. publ., praef. | aerar. Saturn., procos. Sicil., logiste | Syriae, legat. leg. XVI Fl. Firm., cur. rei p. | Narbon. item Anconitanor. item | Tarricin., curat. viar. Clodiae Cassiae | Ciminae, pr., aed. pl., q. Ponti et Bithyn., | trib. laticl. leg. IX Hispan., IIIvir. kapit., | patr. col., | Rasinia Pietas nutr.¹ filiar. eius | s. p. p. L. d. d. d.

In ruinis Minturnarum rep., nunc Neapoli (X 6006). Illustravit Borghesi opp. 4 p. 404—478. — 1) Nutrix.